



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. De Pelignis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

FINES. *A Septentrione* Aterno Fl. dirimuntur à Vestinis; *Ab Occidente & Meridie* Pelignis; *ab Oriente* Frentanis, & Mari Supero.

N V M. 4. *De Frentanis.*

NOMEN & ORIGO. Gens Samnitica, inquit Strabo lib. 5. vtrùm autem dicta sit à Fluuio Frentone hodie *Fortore*, an hic ab illis, statui non potest; corruptè Ferentani aliquando leguntur.

FINES Frentanorum *ab Occidente* sunt Peligni, & Marrucini; *ab Oriente & Septentrione* Mare Superum; *de Meridie* maior difficultas, ob varias discrepantèsque sententias. Nam Plinius lib. 3. cap. 11. Larinates vocat cognomine Frentanos, quod & facit Tullius oratione pro Cluentio: tamen Plinius oblitus sui, & Mela Fl. Tiferum, hodie *Biferno* Frentanorum limitem statuunt. Quæ vt conciliet Cluuerius putat Frentanos olim ad Frentonem extensos, quod ex nomine satis colligitur, postea Tiferno Fl. à Romanis coërcitos esse. Cæsar autem lib. 1. de bello ciuili Frentanos, Larinates, Apuliam à se inuicem distinguit, cum ait, *se peruenisse per fines Marrucinarum, Frentanorum, Larinatum, in Apuliam.*

N V M. 5. *De Pelignis.*

NOMEN Pelignorum apud Græcos miserè deformatum est: nam Diodorus Sic. eos Palinius, & Pallinos vocat, Appiano Μαγλινοι sunt; hos Festus putat dictos esse à Pelicio nepote Volfini Luculli.

ORIGO. Credit Festus origine Illyrios esse, & venisse Pelicium cum auunculo suo Volfino cognomine Lucullo in hanc regionem. Alij tamen vulgò Samnites appellant.

FINES. *A Septentrione* separantur Aterno Fl. à Vestinis: *ab Oriente* Marrucinis, & Frentanis: *à Meridie* Sagro Fl. *Sangro*, seu *Sanguine* à Samnitibus: denique *à Meridie* Marfos conteminos habent.

N V M. 6. *De Marfis.*

NOMEN & ORIGO. A Marro Marfi nomen accepisse perhibentur, qui dux eorum fuit, & de suo nomine Marrubium generis caput condidit. Alij volunt à Marsyâ Phrygum rege dictos esse,